

N^o 1
1657.

Alle luu Silevatis JESV Ingolstadt 1657.

GERMANIA

ADDIVVM MA'
XIMILIANVM AVSTRIA.
CVM II. ROMANORVM IM.

peratorem inuictissimum, cæterosq;
sacri Imperij illustrissimos Ele-

ctores ac principes

DE PACE ET CONCORDIA DOMI
constituenda, deq; expeditione in
Turcas suscipienda.

Authore

NICOLAO REVSNERO

Leobergense Silesio,



Sub umbra alarum tuarum protege me.

Christoph. Melhorro amico s.

d. Author

en pueris crabori uidei epulas argenteas.

CE
R
E
M
Y
N
I
A

M
I
N
I
A

C
A
V
I
A

D
I
G
I
A

EPIGRAMMA D. IOANNIS
MAIORIS IOACHIMICI, THEO.
logiæ Doctoris, & Poëtae
clarissimi.

*Luc 20.
Matt 22.*

OMnia quæ latè tenet orbis, & arduus æther,
Vnus habet trino numine cuncta Deus.
Hic cœlum nato dedit, & corda addita cœlo,
 Sed natis hominum terrea regna dedit.
Ergò Potestati sancte parere necesse est,
 Sunt sua Cæsaribus, sunt sua danda Deo.
Principibus debetur honor, censuſq; timorq;
 Cordis amor puri, vota, fidesq; Deo.
Hæc duo cum mandant diuersos numina cultus,
 Primus honor Christi, Cæsaris alter erit.

GERMANIA



GERMANIA
DIVO MAXIMILIANO II.
INVICTISSIMO AC POTENTISSIMO
Romanorum Imperatori, Germaniae, Hun-
gariae, Boemiaeque Regi, principi
optimo & maximo
S. P. D.

T Eutonis hæc Cæsar tibi Maxime mitto salutem,
Quā, nisi tu dederis iam mihi, nemo dabit.
Eloquar: an tibi sunt mea non incognita vota?
An mea, quām velle, plus quoque fata liquent?
Illa quidem lateant malum, dum pectore luctus
Vanescat spatio, curaque lenta moræ.
Sed male dissimulo, tacitus dolor exedit artus,
Mitigat ærumnas sæpe querela graues.
Vila diu felix, superisque quieta benignis,
Tristibus hoc iaceo tempore lassa malis.
Nec mea me virtus, nec auitæ gloria gentis,
Sceptraque Cæsaribus me duce parta iuuant.
Et quisquam lacrymas audet cohibere fideles?
Et quisquam gemitus edere voce vetat?
Me miseram, quæ dura querar, quæ tristia fata?
Quaue traham reges in mea vota prece?
Quid faciam? qua spe? qua vi? quo vindice freta
Implorem fessis perdita rebus opem?

A ij Hei

GERMANIA

Hei mihi, protexi toties quæ fortibus armis

Externas gentes, auxiliumq; tuli.

Quæ tot difficii confeci bella labore,

Hosteç de capto nota trophæa tuli,

Deseror, oblessis regno, patriaç domoç,

Et feror in clades hoste premente nouas.

Quam necç Romani valuerunt perdere fortes,

Vexarunt longo qui mea regna metu.

Æmula nec virtus Druſi, nec Manlius acer,

Carbonisç manus sanguinolenta feri.

Scaurus & hostili non fregit strenuus ense,

Militis aut robur Vare superbe tui.

Nec Venetus domuit numerosa pube Senatus,

Nec vicit Galli vis truculenta leuis.

Impia deuoti me perdet sanguinis ætas,

In mea quæ cæco viscera Marte furit.

Regnaç sollicitis vastans viduata colonis

Accumulat cædem cæde, maloç malum.

Cur exempla petam longe: iam fraudis abunde:

Vidimus, & damni læuitiæç satis.

Nondum dedoluit funestos Francia motus,

Agrestes acie passa coire manus.

Horresco repetens confusæ stragis aceruos,

Arua quibus multis tecta fuere locis.

Quanta fuit rabies: cædes quam noxia vulgi:

Quanta Ducum feritas: quantus ybiç furor:

Pallet

MAXIMIBIANO IMPERATORI.

Palle adhuc diues lætis Alsatia campis,
Funeribus passim squalida facta suis.

Luget & indomitus crudelia damna Sicamber,
Vestphala qui curuo vomere rura mouet.

Quas Amasus ripa pugnas, quæ funera vidit?
Quotu' cruentatis corpora voluit aquis?

Non tantam sensit Thrasimenus & Allia cladem,
Sanguine cum plenis fluxit vterq; vadis.

Prælia Saxonæ quid perniciosa potentis?
Ruraq; captiui sparsa cruore Ducis?

Quid memorē densis arctatū stragibus Albim?
Quà iacet vrbs pingui Parthenopæa solo.

Quid Mœni socio tepefactas sanguine ripas?
Alta quid in cineres oppida versa leues?

Quid campos, vitreo quà labitur amne Visurgis?
Conscia funestæ qui loca cladis habet.

Cor dolet admonitu belli, stragisq; cruentæ,
Frigidus & pauidæ concutit osla tremor.

Quanta sitis proprij stricto semel ense cruoris?
Quantus in immitti militæ cædis amor?

Neu clades referam veteres, oblitaq; pridem
Vulnera, sed regnis exitiosa meis.

Quis non ante sores trepidos instare tumultus,
Bellaq; ciuili mota furore videt?

Arma fremunt latè disruptis legib; arma,
Dedecus in patriæ perniciemq; Duces.

A iii Nec

GERMANYA

Nec vi, quam culpa cæciminius, atq; furore
Intentant sœuas in mea fata manus.

Quid; qd; & externo miserè nūc vexor ab hoste,
Ne sint fortunæ damna minora meæ.

Discordesq; coquunt dum bella domestica reges,
Exitiumq; suis Marte furente parant:

Turca ferox, opibusq; potens, armisq; virisq;
Bella gerit terra noxia, bella mari.

Funditus ingentes excindit mœnibus vrbes,
Innocuasq; vago destruit igne domos.

Abstulit Æoliæ domitum prius Helladis æquor
Barbarus, & Pelopis regna superba feri.

Æmonias vrbes, altaſq; Propontidis arces
Compulit immani subdere colla iugo.

Ruraq; Phœnissæ vastauit florida gentis,
Qua cedris Libanus fertilis astra ferit.

Neue papyriſeri loquar oppida diruta Nili,
Threiciamq; Samum, Carpathiamq; Rhodū.

Nuper inexhaustis affecit cladibus Iſtrum,
Pannonios miserè depopulatus agros.

Iam quid oliuferas Syriæ prædiuitis oras?
Quid Cilicū memorē Cappadocumq; domos?

Quid dites Lyciæ populos? quid Punica regna?
Littora Myrtoi quid sinuosa fretis?

Nec satis hoc illi, rabie ferus & ferus armis
Vrbibus indicit prælia dura meis.

Austriacastq;

MAXIMILIANO IMPERATORI.

Austriacasq; plagas ferro prædatur & igne,

Perq; domos quærerit funera, perq; vias.

Insontesq; fugans patria de sede colonos

Enebat indignis discruciatq; modis.

Quæ si despicerem dilectæ vulnera natæ,

Asperior dura rupe, fredoq; forem.

Nec tamen hoc vnum doleo, non extera tantum

Bella queror, quamuis hæc ego bella querar.

Improba Threicij leuius sero militis arma,

Vulnera ciuili quam repetita manu,

Nescio, quam lædi cognatos sanguine mordet,

Inq; dies damnis afficit, inq; dies.

Hoc perdit magnas, hoc olim perdidit vrbes,

Gentibus hoc validis exitiale fuit.

Damna Mycenææ dedit hoc funesta cohorti,

Quæ longo Phrygiam tempore pressit humū.

Fredit idem fortis Thesidas, fredit Achiuos,

Regnaq; quæ Macedum sunt ope parta ducū.

Roma nisi proprio tinxisset sanguine ferrum,

Augusta ferret nunc quoq; sceptræ manu.

Singula quid referam? vires labefactat opesq;

Imperi, Martis perniciosus amor.

Me q; me manet hic (q; abominor) exitus ægrā,

Ciules didici laesa timere manus.

Qui mihi nūc mores proslunt? quæ bellica virtus?

Quid pietatis amor, iustitiaeq; iuuat?

Quid

GERMANIA

Quid toties parti dextra vicitrix triumphi?

Inlyta magnorum quid monumēta Ducim?

Si mea me virtus, & gloria deficit annis,

Nec manet in voto laus mea firma suo.

„ Maius opus seruare decus, q̄z querere, partum,

„ Fine bono claudi res bona semper amat.

Ergo dies instat, qua Marte subacta nefando

Seruitum crudis turpiter ibo Getis?

Quæq; tot immanes auerti finibus hostes,

Tantaq; pro patriæ bella salute tuli.

Legibus orba meis, & auitis laudibus orba

Tristia cum turpi damna pudore feram.

Ah melius sœuo cecidisse milite victa,

Teutonicam pressit dux vbi Varus humum.

Aut æquata solo subuersis vrbibus essem,

Cum Scythicus Danaas subdidit hostis opes.

Quid me vindicibus casuram CAROLE signis

Seruabas; potui dedoluisse semel.

Nunc me non tantum matura pericula terrent,

Sed mala, quæ regio non prius vlla tulit.

Infringunt animum percundi mille figuræ,

Et mora plus pœnæ, q̄z metus hostis, habet.

Iam iam venturos aut hāc, aut suspicor illāc,

Qui lacerent cœco regna furore, Scythes.

Obtruncenq; meos nullo prohibente colonos,

Hei mihi quām tristi vulnere damna feram.

Barbarus

MAXIMILIANO IMPERATORI.
Barbarus heicinieres insistet victor, & vibes

Cladibus vrgebit, supplicij s'q; viros.

At tu magnorum flos ô celeberrime regum,

O Pater, ô patriæ cura salus q; tuæ.

Si te cura mei tangit, si cura meorum,

Quæ q;didi, dignus regia sceptræ tenes.

Aspice non oculis, sed, qua licet, aspice mente,

Tentatam duris assiduis q; malis.

Entibi sum supplex, en hæc tibi brachia tendo,

Fletibus en crebris ora sinus q; madent.

Quam potes, & debes, afflictæ redde salutem,

Respuere nec surda supplicis aure preces.

In te iam spes vna mihi, miserere ruentis,

Imperi vires collige quæso tui.

Neue reformida pro me committere pugnam,

In q; Saracenos signa mouere truces.

Inclita virtutis ne fama satiscat auitæ,

Attenuent q; decus damna pudor q; meum.

Nam quo non venit gestarum gloria rerum:

Quo non victrici parta trophæa manu?

Vivit adhuc animis, virtute q; sydera tangit,

Arminij celebris fama decus q; mei.

Depulit hic Vari magna cum laude cohortes,

Pugnacem q; fero lustulit ense ducem.

Tergaq; Romulidas conuertere cæsa coëgit,

A quibus infesto Marte petita sui.

B CAROLVS

GERMANIA
CAROLVS Hectoreo natus de sanguine MAGNVS,
Maximus armorum, maximus arte togæ.
Excisus Auarum qui contudit vrbibus Hunnos,
Hesperiaꝝ meo subdidit arua iugo.
Eximijs totum compleuit laudibus orbem,
Ac virtute tulit nomen in astra meum.
Neu loquar HENRICI partos ex hoste triumphos,
Nomen ab aucupiꝫ qui tulit arte, ducis.
Nobile quis nescit magnorum nomen OTHONVM;
Artibus & belli quod peperere decus?
Audijt, & si quis longinquas accolit oras,
Quæ videt Oceanî Phœbus vtrinꝫ latus.
Audijt, & Scythice salsum Mæotidis æquor
Qui bibit, & lymphas Nile vadose tuas.
Non ego transierim FRIDERICOS Marte potetes,
Virtutes quorum terra polusꝫ tenet.
Testis erit tellus infaustæ Tuscula pugnæ,
Spumeus & Ligurum qui rigat arua Padus.
Testes Armeniꝫ, testisꝫ Lycaonis ora,
Quæ tota vidi prælia mente geri.
Aduersoꝫ manus validas concurrere ferro,
Turpiter & trepidos vertere terga Getas.
Vidit & Euphrates, vidit spumosus Araxes,
Caspia qui prono flumine stagna petit.
Quantus erat vero moderator CAROLVS orbis?
Præcipius bello, præcipiusꝫ toga.

Non

MAXIMILIANO IMPERATORI.

Nō hūc crediderim fortis superasle Monarchs,

Græcia quos olim, Romaq; prisca dedit.

Imperium terris, animos æquauit olymbo,

Aeternæ meritus laudis in orbe decus.

Quid moror exemplis: quoru m ihi copia restat,

Præteritus laudi nullus in orbis locus.

Semper adhuc faustis confeci prælia signis,

Barbaricum nunquam ferre coacta iugum.

Nec vereor, si me sumtis modo iuuferis armis,

Turpiter ut Getico victa sub hoste cadam.

Tu modo tu curam desertæ suscipe matris,

Vtq; facis miseræ, quam potes, affer opem.

Quodq; potes, te velle probes, obsiste Tyrannis,

Inq; feros Thraces fortia bella moue.

Effice sollicitam celeri virtute tuendo,

Ne rigido siam præda pudorq; Scythæ.

Quod te per superos, quorum moderanda fauore

Imperi dextra vindice frena tenes.

Per patriam, patriæq; duces, per fortia regum

Pectora, de patria qui meruere benē.

Per te, perq; tuos, mea iam mea numina, natos,

Per tua te supplex inclyta facta precor.

Nec quod inhumanis occursres Marte Tomitis

Terruerit mentem nomen inane tuam.

Tu ne cede malis, sed contra audentior ito,

Scilicet audentes forsç Deusq; iuuat.

B ñ Audierit

G E R M A N I A

Audierit pugnas aliquis, laudabimur ambo,

Dicēris regni fida columna mei.

Clarus eris tecum, laudemque merebore victor;

Et magnum toto nomen ab orbe feres.

Tolle moras tantum, nec prælia mota retarda,

, , Non bené differtur, quod male fertur onus.

Sæpè dat ingentes causas mora longa malorum,

, , Nec, nisi cum citò fit, gratia grata venit.

Sitibi nunc dicam, quo numine talia tentes,

Ne siccum sterili vomere littus ares.

Da puris operam sacris, ac assere veri

Dogmata sincero pectore vera Dei.

Ingenuasque soue studijs florentibus artes,

Pieridum curam nec simulanter habe.

Imperijs pridem dispersa recollige membra,

Inque potestatem suscipe fracta tuam.

Nec sine desertas deleri funditus vrbes,

Succumbant veteri Rura recepta iugo.

Tum sanctas stabili pacis per moenia leges,

Viribus & populos auxilijsque iuua.

Vnanimique duces discordes foedere vinci,

Regnaque concordi dissipata necesse fide.

Néne meos pugnare domi patiare colonos,

Et cæco strages edere Marte feras.

Perdere quos melius possint, Mauortia præbet

Thracia, materiam cædis ab hoste petant.

Ismarias

M A X I M I L I A N O I M P E R A T O R I.

Ismarias poscant aries, animisq; paratis

Pro patriæ sumant acria bella foci.

Quid dubitas: mora læpē fuit damnosa volenti:

En ego tendo meas in tua crura manus.

Vince feros animos, violentos vince Tyrannos,

Quid lacerat patrias perfidus hostis opes?

Germanæ vires & onus iam suscipe gentis,

Turbatosq; Deo funde fauente viros.

Restitut ut Rutulis Cytheréius acriter Heros,

Tutatus valida seq; suoq; manu:

Sic satis instructo victoria milite signa

Impetus in diros sit tibi ferre Scythes.

Punica ceu victor labefecit Scipio castra:

Barbara sic rigidi disfce castra Getæ.

Ductor ut Aemathius deuictis vndiq; terris

Impleuit turpi regna ducesq; metu:

Sic per te domiti trepident formidine Thraces,

Conscia defciat pallidus ora pudor.

Fortis ut Æacides fera contudit Hectoris arma,

Profligens timidos Marte fauente Phrygas:

Perfidæ Threicij sic contere tela Tyranni,

Sentiat vltrices turba scelestæ manus.

Tamq; cadat sæuo Thrax impius enfe pemptus,

Quam perijt Danao cælus ab hoste Dolon.

Quam qui Mænaliæ deiectus robore clauæ,

Spar sit Auentini sanguine lustra iugi.

B iii

Quam

GERMANY

Quam qui pauit equos humano viscere pingues,
Facilius equis tandem præda cibusque suis.
Si tibi nunc Germana salus, patriaque penates,
Ardua si virtus, famaque lera placet.
Non dubito, quin his faueas fortissime votis,
Sunt tibi, quas possunt arma decere manus.
Fortia sunt bello tibi pectora, fortia pugnis,
Quaeque simul censu terra virisque valet.
Quid sis magne vide, nec te tua robora fallant,
Multorum votum solus habere potes.
Inter inhumanos longè saeuissimus hostes,
Ante triumphales ibit eatque rotas.
Quid: quod iusta salus tua, iustaque causa manebit,
Impia nec cæco bellasurore geres.
Tu pia tela seres, sceleratas ille larissas,
Pro signis stabit iusque piumque tuis.
Auspicijs opibusque Dei certamen inibis,
Ac opibus vinces auspicijque Dei.
Bistones aufugient, inhonestaque vulnera tergo
Accipient, Scythica cæde rubebit humus.
Sic iterum sic sœpe cadent, pacemque rogabunt,
Spes vbi vincendi non erit vlla super.
Ne tibi ne tantum mea stet victoria paruo,
Proque meo pugna sanguine, proque tuo.
Terga Boristhenidum, Germanaque pectora dicā,
Telaque conuerso quæ iacit hostis equo.

Quid

MAXIMILIANO IMPERATORI.

Quid fugis, ut vincas? quid deseris improbe victos?

Quid timida reddis barbara signa manu?

Quo generose ruis? damnatos porrigis arcus?

Heus ubi nunc fastus, visque minaeque iacent.

Ergo tempus erit, quo tu, fortissime CAESAR,

Inlyta de Getica strage trophaea feres.

Phæbeaque comis lauri redimitus, eburno

Per populos curru ritè vehere tuos.

Tunc procerum duris liuentia colla catenis,

Perque feras regum vincula nexa manus.

Tunc trepidos tandem vultus, turpesque videbis

Inuitis lacrymas ire per ora genis.

Quos ego tum plausus edam: quæ gaudia carpam?

Augebit sumnum gaudia summa decus.

Consistam lætis oculis, spectaboque passim

Strata per obscaenas corpora mille vias.

Aspiciam Scythici fluuios vndare cruxis,

Cædeque Bistonias luxuriare solum.

Gaudebunt animis pueri, iuuenesque senesque,

Teutonicæ matres, Teutonicæque nurus.

O: current denso tibi Pannones agmine læti,

Iactataque tegent vndique fronde vias.

Inlyta pacatis gaudebit Achaia regnis,

Donaque pro patriæ digna salute feret.

Cornibus exultans pariter lætabitur altis

Ister, & immensis lætior ibit aquis.

Quid

GERMANIA

Quid moror? optatis pertexes bella triumphis
Victor, & in laudes non satis vñus eris.
Qui mihi nunc læuit, metuet te barbarus hostis,
Admitte cę tuas ad sua regna manus.
Auguror, en votis iam præscius annuit æther,
Designans trucibus tristia fata Getis.
Signa cę magnificū portendūt fausta triumphum,
Nelcio quid tantum mens tibi læta fauet.
Aggredere ô magnos, fortissime ductor, honores,
En patet in laudes area lata tuas.

FINIS.

GERMANIA

GERMANIA
AD ILLVSTRISSIMOS AC PO-
tentissimos Sacri Imperij Electores ac
Principes vniuersos.

Quo mea quo tandem virtus? operosaq; cessit
Gloria? quo forti milite partus honor?
Vos ô terrarum Domini, vos numina mundi,
Sceptra quibus late credit habenda Deus.
Questibus ô vigiles crebris aduertite mentes,
Vota nec in celeres spargite iusta Notos.
Quid miseri tantum populi potuere? quid vrbes?
Sancta quid in vestrum templa patrare decus?
Quo vos demerui quo criminis? quo due saluti
Conquerat infelix sydus obesse meae?
Scilicet idcircò præclaris foeta triumphis
Inuicta gessi maxima bella manu?
Regnaq; terrarum victrix opulenta coegi,
In mea submissas tendere iura manus?
Hostibus infestis ut ab omni parte laborem?
N'ue domi liceat pace forisq; frui?
Ah dolor, ah pietas, quæ nam violentia maior?
Culpaue, quam patriæ perdere, maior, opes?
Heu qui anam socias ardetis poscere pugnas?
Mutua quid tantum vulnera ferre iuuat?

C Quænam

GERM A N I A

Quæ nam quæ vobis laus: quæ victoria surgit:
Fraterna toties spargere cæde manus.
Sic caditis, quia stare piget: sic pectore cæco
Cuditis in vestrum tela cruenta caput:
Heu tandem sœuos irarum condite fluctus,
Nec lenta miseram discruciate mora.
Exuite ô duris immittia pectora laxis,
Offensos miseræ profit habere Getas:
Parcite visceribus, lacrymanti parcite matri,
Commoueat iustus ferrea corda dolor.
Iam satis exhaustis ciuilis sanguinis ensis,
Commaduit socio sæpè cruore solum.
Num iuuat vterius miseros vrgere tumultus:
Funditus ac vestrum tollere Marte genus:
Cædeç cognata dextras satiare furentes:
Nec cladum miseret vos: misereiç mei:
Quò se vestra queat pretendere longius ira:
Quidue meis tantum constat abesse malis:
Hei mihi quæ patior: non tot post frigora Brume
Vere nouo flores fœta remittit humus:
Non tot aues motis nituntur in aëra pennis,
Totç souet pisces vnda, nemusç feras.
Quot premor aduersis, quæ si perscribere coner,
Tempore deficiar, deficiarç manu.
Terreor, & sœuis circumsonor vndiqç telis,
Agna velut rabido cincta leone pauet.

Vtq;

PRINCIPIBVS CHRISTIANIS.

Vtq; sit exiguum damni, quod Turcicus hostis,

Proh dolor, hos miserè vastat & vritagros.

Vt mala nulla feram præterquām ciuica bella:

Bella parum nostis ciuica ferre malis.

Parcite ciuili dextras scelerare cruore,

Parcite iam fines vi popularē meos.

Auspicijs animos concordes iungite faustis,

Paceq; iurata fœdus inite domi.

Tollite bellorum causas, componite lites,

Sit tandem cædis dissidiijq; modus.

Quod si tantus amor ferri, si tanta cupido

Instigat mentes exagitatq; feras.

Exercere licet vires & robur in hostem,

In mea qui valido milite regna furit.

Proq; focis, arisq; meis, vestrâq; salute

Arma pharetratis sumpta mouere Getis.

O quantum melius defendi fortibus armis

Quām potero Turcis dilaceranda dari.

Cælaris est testata fides: absistite tantūm

Auxilijs socijs indubitare Duces.

Pro se quisq; suum munus præstate libenter,

Armaq; pugnaci seria ferte manu.

Viribus ac vires, castris coniungite castra,

Æraq; magnanimo suppeditate Duci.

Fidite coniunctis audacter fidite neruis,

Quid vana trahitis suspicione moras?

C in Cernitis

G E R M A N I A

Cernitis ut Scythicos arcus, scelerataq; tela
Teutoniæ metuat Pannoniaæq; solum.
Palleat ut famulis Sauus & Draus algidus vndis,
Fletibus ut tumidas augeat Ister aquas.
Eripite ô lethi vestras è faucibus vrbes,
Vindice tutati meq; meosq; manu.
Omnibus atroces inuadite viribus hostes,
Fortia crudeli corda probate Scythæ.
Inuisas sœuo gentes excindite ferro,
Quid magis optari per mea vota potest?
Vincuntur Thraces causa, vincantur & armis,
Concidat effrenis sub iuga serua Getes.
Quantus honor facti vobis? quæ gloria surget?
Posteritas merita vos pia laude feret.
Tela viris animiq; cadent, veniamq; rogabunt,
Gentibus innumeris qui modo terror erant.
Funera conspicient trepidi lacrymosa suorum,
Porriget & famulas turba prophana manus.
Quæ precor, euenient: ausis Deus ipse fauebit,
Sernet & vtrici barbara castra manu.
Effera ne tantum ne vos discordia turbet,
Qua nihil immensus tristius orbis habet.
Acut in humano cum languet corpore membrū,
Aut morbo prorsus corripiente perit.
Corpus sentit onus totum, grauiusq; laborat,
Officiumq; suum segnius exequitur:

Sic

PRINCIPIBVS CHRISTIANIS.

Sic nisi perfecta constet compaginare regnum,
Accedant motus altera damna domi.
Credite, vix longum poterit durare per æuum,
Perq; suos annos firma manere salus.
Ereptas igitur regnis acquirite sortes,
Oppida sub vestrum iam reuocate iugum.
Auxilijs populos, meritis adiungite regem,
Qui gerit arbitrio sceptræ superba Dei.
Regibus is dignos decernere mandat honores,
Quorum præsidij vita carere nequit.
Aequa Potestatis nec spernere iussa verendæ,
Aut violare malis iura fidemq; dolis:
Quod Deus instituit, non est contemnere tutum,
Viribus is minimis sternere summa potest.
Quo magis eximium iam vos agnoscere Regem,
Officijsq; decet demeruisse prijs:
Mandatoq; Dei cura parere fideli,
Cæsar is ac certam pluris habere fidem.
Quàm vel honoratæ victoria præmia palmae,
Quàm vel opes Croësi, diuinitasue Midæ.
Tunc Deus egregijs iustissimus annuet ausis,
Immanesq; dabit vincere posse Getas.

FINIS.

C iij IOANNI

IOANNI CRATONI VIRO
clarissimo & doctissimo, Archiatro
Cæsareo εν περιηγησει.

Xθιζόμ ἐπειγομένη μεγάλῳ ἀρχοντὶ σωματιθεμ, τικονάρη λυπτῷ δίζετο μάσα νόω. φοιβος ίδιωμ, τί σέθεμ θλίβει φρένα κῆδος; εἴπει, τησσιώνες κραδίη μάδεα ταυτά νοέτις. Ράξορ ἔφυ, τὸ θέλεις: ἀγαθός δὲ σωματιθορος ἔσαι. Αονίδωρ ἐνήχος λητοίδης τε, ΚΡΑΤΩΝ. Οίδας λαρή τάχα παιδίθερ οιλόμασορ ἐντά πλήρης αὐδούρης μελέτηρ διμενός αυτοῦ ἔχειν. Ιψὲ μάλα φοιβείης τέχνης ἐμπαρορ, ὑπάρχειν φαρμακοσυνθεσίῃ ἡγεμονίεστι Φίλορ. Πιερίδας δὲ θέασις δίσιναι χαρίεσσαρ ἀμοιβήν. Διαφνίδι σύνη χλοερῆ κῦδος ἀγητόρη δοι. Ος μὲν τῶν μνήμων ελικωνίδεστι τιθησιν καλλίσιω ἀνθίσις παρθενικῆσι Χάρημ. Τιμᾶταρά σοφίκες, τεχνῶν τε δικόμονας ἄνθραξ. Μάσοπόλοις τε πέλει ἐθλός ἀπασι λιμῶν. Τσινηα σὺ θρασέως ἀγαθήρη νηρ ἐρώτας βολακή. Εἰο βοηθεία χώρμασιος ἀστασίη. τόποι μέρη δι: χαρίερ τελέσαι ηγήρεσθιόρ ἔσι, καὶ χριστόρη απάλλαξ, ὥφελη μόρη τε τέαμις. οις ἀπώληθερσιως ιόρη μοι λυπρόμη Απόλλωμ, πάθομαι σκάεκωρ τοῖχ λέγοντι θεῷ. Αλλα σὺ μηλώσας φρένα τῶν ὡρές ἀκόσ, ἀμένω. Πισός δενομένω ἐλθε βοηθός ἐμοί.

καθη

Εἴποταρούμενς μάζης, πώλη μοῖρα βαρεῖσαι
Παντόθεμ ἄργυροίσι οὐκ θάξθάμαστε μάζησι.
Αλικῆς καὶ βραλῆς ἀγαθῆς ἐπιμενεῖς ξωσμέ,
Μή κενεῶς χαλεποί νῦν ἀπόλοιτο πόνοι.
Θύπας ἔντυχίην δοίκη, ιχθὺς ἀφθιτορ ὅλβοι,
Καὶ βασιλεύος ἔτη σοι πυλίοιο θέσσ.

Ἐργωδο.

Νικόλαος Ρεύμηνος,
ὁ Λεόρινος Σιλεσίτης.

SYMBOLVM

S Y M B O L V M S A C R A T I S S I M I
ac Potentissimi Cæsar, Diui Maxi-
miliani Secundi, Augusti,
pij, felicisq; &c.

D O M I N V S P R O V I D E B I T
ex capite Genes. 22.

Quod fidis Dño, Patrię pater optime Cæsar,
Niteris ac opibus præsidioq; Dei.
Quam nihil humanæ vires & robora præstent,
Scis benē, si supera destituantur ope.
Nemo Deum vano confidens inuocat ore,
Nec malē cœlestes dextera sancta colit.
Sic Tharides fidei subnixus robore, quondam
Propiti⁹ sensit numina magna Dei,
Iussus erat natum sacras mactare per aras,
Delitias matris, delitiasq; suas.
Quas non concepit tristis sub pectore curas?
Qui non turbauit territa corda dolor?
Magnus amor sobolis, reuerentia magna Deorū
Ambiguum mentis tunc habuere patrem.
Heuquid agat senior ē natum pluris amorem,
Quam summi faciat iussa verenda Dei?
Non ita diuinæ mandata capessere vocis
Mentis opus sanctæ credidit esse piūm.

Surgit,

Surgit, & auriti succingens corpus aselli,
Lustra per obscurum deuia carpit iter.
Mons fuit insigni florum vestitus amictu,
Campus in aërio vertice planus erat.
Quò simul ac venit, fundamina collocat aræ,
Ponit & arsuris arida ligna focis.
Victima cum desit, pater optime, filius infit,
Quis gladij, tibi quis somitis vñsus erit?
Excipit hic genitor: Domino præuisa potenti
Concidet, ac laudem victima grata feret.
Dixit, & impositum nodis ligat acribus aræ,
Stricta nec intrepida sustulit arma manu.
Quid censes animi tunc fortè fuisse parenti?
Iam spes in puerō parua salutis erat.
Intonat excelsō cum magnus ab æthere clamor,
Parce pater soboli, sic volo, parce tuæ.
Nec mora, veruecem nudo Deus obijcit ensi,
Mactato peragit quo pia sacra senex.
Tam nunquam Domini fidentes gratia linquit, 52
In medijs medius fluctibus vltor adest.
Sic, cum grata Deo tua sit fiducia, Cæsar
Inclyte, quæ summi numinis orat opem,
Nunc quoq; non dubia pietate, fideq; paterna
Auxilium rebus fertq; refertq; tuis.
Qui, cum vota libens exaudiat æqua piorum,
Præsidium vitæ grande futurus erit.

D Ergo

Ergo licet magnis truculentus viribus hostis
Irruat, & ferro tecq; tuosq; petat.
Mille ferant gentes, & mille ferociter arma,
Hostili Dominus robore maior erit.
Nec, quia tanta potest ægrè vis Marte retundi,
Exuperatq; tuas copia tanta manus,
Fas erit aduersis ideo succumbere telis:
Exiguo vincit milite sœpè Deus.
Non omnis consumpta salus, victoria restat,
Ducere spe certa tam pia bella decet.
Cum spes nulla fugæ, nec erit spes vlla salutis,
Ut mala vix aliqua parte leuanda putas.
Subsidio veniet DOMINVS, PRO teq; VIDEBIT
Impius excubias numen habere Getes.
Nec sœuire sinet rabidos impunè Tyrannos,
Inq; suum toties arma mouere decus.
Perge Deo mentè Rex Magne probare fidelem,
Quo duce vim Thracum despice, tutus eris.

DIVO MAXIMILIANO II.

Imperatori potentissimo, Pat. Patriæ,
Augusto, pio, felici, inclyto &c.

Si quis erit reges inter numerandus auitos,
Græcia quos iactat, Romuleumq; lolum.
Si quis amans patriæ, paciç; paratus & armis,
Quiç; colat pura mente fideç; Deum.
Si quis

Siquis Cecropiæ doctus, Latiaeq; Mineruæ
Artibus, & Clarij cura salusq; chori.

Siquis erit iuris custos venerandus, & æqui:
Dispeream, nisi tu Maxime Cæsar eris.
Qui nunc imperij, rerumq; potitus habenis
Prægraue sustentas gentis & orbis onus.

CLARISSIMO VIRO D. D. IOANNI
Cratoni, Medico Cæsaro. S,

Sic te senior & quieta quondam
Concedente Deo beat senectus:
Sic fortuna tuis benigna votis
Aspiret, mala nec ferat molesta:
Nostri Cæsare si fauente versus
In magna placide legentur aula:
(Fors hæc aure frui solent Monarchæ)
De me dicere vir celebris aude:
Bis vitæ duo lustra vix peregit,
Libros conficit optimos, & annos
Virtus eminet ante fortiores.
Si maturius hic notabit æuum,
Quantus carmine quantus elegante,
Praclaris minor haud erit Poëtis.
Hoc ipsi satis est: Dei fauori
Summo cætera mando præpotentis.

Tuæ Excellentia

obseruantiss,

Nicolaus Reus-
nerus;

